

- 11 Absolutio ab excommunicatione ob leuem Clerici percussione regulariter spectat ad solum Episcopum.
- 12 Declaratur.
- 13 Prælatus inferioribus habentibus iura Episcopalia competunt ea omnia, qua ad episcopalem jurisdictionem pertinent.
- 14 Prælatus inferior habens iura episcopalia potest absolvere ab excommunicatione Canonis, quando Canon eam non reservat.
- 15 Canonis loquentes de Episcopis, & Diocesanis verificantur etiam in inferioribus habentibus jurisdictionem quasi episcopalem in his, que jurisdictionis sunt.
- 16 Vicarius Episcopi, & Vicarius Capituli sede vacante absolunt ab excommunicatione Canonis si levis sit percussio.

PERVENIT. Plures habet intellectus. Quidam enim opinati sunt, quod hic dicitur de absolute ob leuem manuum injectionem in Clericum vendicare sibi locum ex speciali gratia, & indulgentia: & in hac opinione fuerunt Anicetus, Anus, Phlippus, Tancredus, & Innocen. hic num. 1. & Abb. Antiqu. num. 1. & 2. ponderantes hanc litteram ibi, *Tue fraternitatis arbitrio duximus committendum*: quasi dicat non alterius, nisi & specialiter et committeretur: & pro hac opinione facit textus in cap. Si vero, si secundo, infra eodem, ubi in casu speciali absoluit Episcopus quando injuria non est enormis. Ad idem etiam facit cap. Quoniam, supra de vine, & honestat. Clericor. ubi ex privilegio speciali Clerici communiter viventes absoluntur ab Episcopo si injuria non est enormis. Si est speciale, in illis casibus, ergo in contrarium est jus commune, l. us singularare, & l. Quod vero conera, ff. de legibus. Et juxta hunc intellectum Decretalis sic summat potest. Episcopus potest absolvere injuriam manus in Clericum vitæ, si hoc sibi specialiter committatur.

Goffredus vero in Summa hoc tit. §. Qui possit ab hac, in 2. col. & seq. d. stringit in hæc verba: (Ue Decretalis hæc tenent intelligatur, puto inter p. rto narum conditionem, injuriamque gravem, leuem, & levissimum arbitrio boni viri fore perspicite disti. quendum.] Deinde in unum quodque membrum declarat concludens hanc litteram non intelligi de gravi percussione, cum illam excludat. Si de levi intelligatur, procedit de gratia, & commisione speciali juxta primam opinionem Vincetii, & sequacium. Si vero intelligatur de levissima, tunc omnino continet jus commune. Facit text. in l. Item apud Labionem, §. Prator ait si quid aliud, ff. de iniuriis, ubi cavetur, ut qui percussit servum leviter, vel male dicit, non teneatur iniuriatum. Et hanc Goffredi distinctionem in effectu approbat Hostiensis hic in princ. & latus in Summa huius tituli. §. Qui possit ab hac sententia absolvere, vers. Sed ut dicunt quidam, nisi quod à secundo membro de levi percussione excludit personas privilegiatas, quas Episcopus potest absolvere de jure communi, ut nota ibidem Hostien. in §. Qui possit excommunicare, vers. super illa autem canonem. & juxta hanc distinctionem Goffredi, & hostien intelligendo hanc litteram de levissima, Decretalis summat sic: Pro levissima injuria Clerico illata absolvit Episcopus.

Verum prædictos intellectus merito refellit Jo. Andr. hic num. 3. vers. Et ibi consuetudo: Nam tu,

qui dicit Episcopus in levissima tantum posse absolvere, indicat jus super hoc, sed non habet aliud, quam istud, quod de levi loquitur; aut ergo neges de qualibet, aut de levi concedas. Item fugiendæ sunt lecturæ per quas reducuntur Decretales ad gratiam, ut inquit idem Joann. Andr. in cap. Ex parte Ade, num. 19. de rebus, quem sequuntur Doctores, ut dicit Felin. hic in fine. Et sanè si hæc Decretalis procederet de speciali commissione, nec egredieretur personam illius Episcopi, cui facta fuit commissio, ut quid occuparet membranas? & ad quid inserta esset in volumine Decretalium, contra id, quod legitur, & notatur supra in præmia, §. Sanè, & in cap. Canonum statuta, de Constitut. Pro hac parte inducitur etiam integra relata ab Anton. August. collect. 2. Decretal. lib. 5. tit. 13. cap. 6. In casus principio eatum erat, ut Episcopi possent libere absolvere mulieres, senes, & pueros, qui in Canonem incidere, postea sequebatur, (De his etiam, qui Clericis non enormem, sed modicam, vel levem injuriam irrogant, tuæ fraternitatis arbitrio duximus committendum.) qua si dicat sicut illi poterat Episcopus jure ordinario, & communi absolutiois beneficium impendere, ita & in istis, quia ubi una dispositio respicit duo determinabilia, debet utrumque pavilioriter determinare, l. tam hoc jure, §. Si autem, & ibi Barr. num. 1. ff. de vulgat. & pappillar. cum simul Præterim ponderando particulam, etiam, que est implicativa casus præcedentis cum ejusdem qualitatibus, ut notant omnes in l. etiam, ff. solut. matrim. C. Si Tutor, vel Curator, & in l. Quis Patru. C. Unde liber. Decian. cons. 17. Quæstio ista, num. 9. lib. 3. Communis igitur lectura est hæc Decretalem continere jus commune, ut attestatur Abb. hic in princ. & Marian. Socin. n. 4. & juxta hanc lecturam communiter sic summat. Excommunicati pro levi manuum injectione in Clericum possunt per Episcopum absolvi. Hoc dicit, Jo. Andr. Buz. Card. Anchar. Abb. Jo. de Anan. Mar. Socin. & Felin. & tenent Lapsus allegat. 76. Quidam Presbyter, Romanus, singular. 16. Cardin. cons. 42. Reverendissime Pater super casu supra scripto, & patrum Doctores, & hic intellectus est amplectendus, tum quia benignior est, tum quia continet aliquam dubitationem, & nullus providet, tum quia consuetudo eum approbavit, ut hic per Abbatem num. 1. & Marian. Socin. num. 5. 6. & 7.

Non obstant allegata in contrarium pro prima opinione: nam ad hunc textum dum dicit, *duximus committendum*, potest responderi, scilicet de jure communi jurisdictionem suam excitando, ut cap. Livæ, supra de offic. Ordinari. Ad secundum argumentum de sumptum ex iuribus supacitatis, num. 2. Responderi potest distinguendo tres casus, secundum Jo. Andr. hic num. 3. vers. Et ad contrariorum solutionem: nam aut injuria est levis, & pro illa absolvit Episcopus de jure communi, ut hic: aut in jura est mediocri, ab illa non potest absolvere Episcopus nisi privilegiatus, ut Ostendit animum officialem, servum, Clericum, communitate inventes, & professor: & ita procedunt cap. Si vero, & cap. Quoniam, in contrarium allegata, & alia similia jura. Aut injuria est gravis, seu enormis, & Episcopus sine speciali commissione non absolvit nisi eos, qui Papam non possunt adire ut senes, & mulieres, pueros, valedictarios, & hujusmodi, de quibus hic in integra, & in cap. Et noscitur,

noscitur, cap. Mulieres, supra eodem, & infra cap. Quamvis, & cap. final. Et hanc distinctionem Joan. Andr. sequitur hic Abbas num. 2. Marian. Socin. à num. 7. & communiter Doctores.

Nunc QUÆRO, An Prælatus inferior habens jurisdictionem quasi Episcopalem possit absolvere subditos ab excommunicatione ob levem Clerici percussione.

Et si facultas absolvendi ab excommunicatione Canonis, si quis suadente, ubi levis est percussio, totis Episcopis competat, non autem inferioribus Prælatis, per hanc Decretalem, que dirigitur dumtaxat Episcopo, ut patet ibi, *fraternitatis tue*: juncto cap. Quam gravi, supra de crim. fals. & hic notat Abb. num. 2. in verb. Fraternitatis tue, & Marian. Socin. num. 8. Felin. in cap. Pastoralis, num. 10. vers. Limita hanc primam fallentiam, de off. Ordinari. Tolet. in Summa lib. 1. cap. 32. Hoc tamen non habet locum in Prælatis jura Episcopalia habentibus, ut declarat Abbas in cap. Monachi, sub num. 3. vers. Hoc verum, supra eodem post Feder. de Senis, cons. 14. Monachus Perusinus, num. 4. vers. Si tamen dicitur Abbas, quos refert, & sequitur Franc. in cap. Religio, in ult. notab. vers. Et ita determinat, de sent. excomm. lib. 6. Felin. qui alios plures allegat in d. c. Monachi, nu. 4. vers. Primum limita, Tabien. in Summa, ver. Absolutio, 2. n. 4.

Ratio est, quia inferioribus Prælatis habentibus jura episcopalia competunt ea omnia, que ad Episcopalem jurisdictionem pertinent, licet non competant ea, que Ordinis sunt Episcopalis, gl. in Clem. 1. in ver. proprii, de reb. Eccles. non alienan. Innocen. relatus à Card. in cap. Ex ore, in fin. de privileg. & in c. Ar. Clerici, §. De adulterio, nu. 15. de Indis. Feder. de Senis d. cons. 14. num. 4. Abb. in cap. Sicut univ. num. 3. vers. Et circa hoc de regulam, de excess. Prælat. & idem Abb. post Jo. Andr. in cap. Ioannes, n. 2. de testam. Gl. pragm. Sanc. par. 2. tit. de concub. §. Et nihilominus, ver. Superiores; Absolutio autem ab excommunicatione can. si quis suadente, non est Ordinis Episcopalis, sed jurisdictionis, Cardin. cons. 42. Reverende Pater, nu. 3. in fin. Ergo hæc facultas competit etiam inferioribus jurisdictionem quasi Episcopalem habentibus: ideoque eos posse indistincte absolvere excommunicatum à Canone, quando canon non reservat absolutionem, scripsit Calder. cons. 53. alias 6. de sent. excomm.

Neque obstat, quod Clemens III. in hoc capre scribat Episcopo, ibi: *Tua fraternitatis arbitrio duximus committendum*: cum inferiores ab Episcopo Papa non appellat fratres, sicut Episcopos, sed filios, ut in d. cap. Quam grave, de crimine fals. & quod propterea Sylvest. in verb. Absolutio, num. 5. Dixerit hanc facultatem non competere Abbati jurisdictionem quasi Episcopalem habentibus, ea ratione, quia non est Episcopus. Respondetur enim etiam Canones loquatur de Episcopis, & Diocesanis: tamen in his, que jurisdictionis sunt, verificari etiam in inferioribus Prælatis jurisdictionem Episcopalem habentibus, exclusis Episcopis, ut tradit gl. not. in Clem. 1. in ver. Diocesanis, de foro compet. quam illic sequuntur communiter DD. Rota decis. 297. in fin. p. 2. divers. Ideoque quamvis Concilii Tridentini decretis dicatur ad Episcopum pertinere Sacerdotes approbare ad confessiones audiendas, licentias prædicandi concedere, Virgum Deo dicandarum

voluntates explorare, piis dispositionibus, litteras Apostolicas exequi, casus sibi reservare, & alia quamplura id genus: tamen hæc omnia competunt etiam inferioribus Prælatis, de quibus loquitur, ut in casibus contingentibus sæpius resolvit S. Congregatio. Quinimo in c. 20. §. Ad hac, sess. 24. Decernitur, ut causæ matrimoniales & criminales non inferiorum judicio, sed Episcopi tantum examini, & jurisdictioni relinquuntur; & sic Concilium loquitur taxativè: & tamen per ea verba non excluduntur inferiores Prælati proprium territorium & jurisdictionem quasi episcopalem habentes, ut similiter S. Congregatio declarat.

Et eodem modo inferiores Prælati jurisdictionem ordinariam habentes ex tertia ipsius Congregationis non excluduntur à cognitione causarum contra Clericos concubinos, quamvis Concilium in cap. 14. sess. 25. decernat, ut illarum cognitio ad Episcopos ipsos pertineat, ponderando dictionem, *ipsos*, que cum sit personalissima, habet vim taxativæ, Bald. cons. 304. Nobilis vir. n. 1. lib. 5. Quod eam præcipue habet rationem, quia hujusmodi Prælati in his, que sunt jurisdictionis, similes sunt Episcopis, Abb. & DD. in cap. Dicitur, de appellat. & alii supra citati n. 13. Dicitio autem taxativa in dispositione legis non includit causas similes, & eandem rationem habentes, Gl. in l. Ob es, C. de Præd. Minor. Abb. cons. 63. Per veritas, col. penult. in fin. vers. Nec obstat, lib. 2. Inf. in l. vers. Secundo limita, ff. Si quis dicitur non obtemper.

Et in hac ipsa materia absolutiois ob levem percussione videmus absolvi facultatem competere etiam Vicario Episcopi, secundum Cardin. d. cons. 43. n. 3. vers. Vel vicari Generali. Et tamen idem Vicarius non est Episcopus, licet utriusque sit idem tribunal, & Auditorium, c. Non putamus, de consuet. lib. 6. Gemitian. cons. 14. Si Procurator Episcopi, n. 5. in fin. vers. Non obstat ratio, Abb. cons. 21. Viso dubio, n. 2. lib. 1.

Similiter videmus eandem facultatem competere Vicario Capitulari per Glossam in cap. un. in verb. Iuris, de major. & obed. lib. 6. & tamen nec ipse est Episcopus, sed Episcopi successores in his, que jurisdictionis sunt, ut per DD. in dicto cap. unico.

De Sent. Excomm.
Cap. A nobis, in primò.
S V M M A R I V M.

1 Excommunicatio generalis non ligat nisi subditos profertentis.

2 Verba generalia statuentis, vel sententiam profertentis restringuntur ad limites potestatis sue.

3 Dispositio generalis commensuratur agentis potestati.

4 Verborum largæ prolatio commensuratur organizantis potentia.

5 Exercitium non excedit metas habitus à quo ut à causa, dependet exercitium visus.

6 Statutum laicorum puniens declinantes jurisdictionem potestatis, ad Clericos non extenditur.

7 Statutum laicorum prohibens alienationem status bilium non subditos, non includit clericos.

8 Statutum imponens penam excommunicationis an liget subditos delinquentes extra territorium statuentis.

9 Statutum est lex territorii.

- 10 Constitutio Synodalis regni Poloniae inhabilitans dimissos à Societate Iesu ad Prelaturas, & Canonicatus Cathedralium Ecclesiarum, an obstat quominus sic dimissus possit esse Episcopi suffraganeus, & n. seq. usque ad n. 22.
- 11 Synodus provincialis non potest inhabilitare subditos ad episcopatus in partibus infidelium.
- 12 Statutum non porrigit vires extra territorium statuentis.
- 13 Synodi provincialis statuta non obligant extra provinciam.
- 14 Episcopatus clero, & populo carentes sunt ad liberam provisionem Papae.
- 15 Ejecti extra Religionem degentes sunt perpetuo suspensi ab exercitio Ordinum.
- 16 Societatis Iesu Religiosi, qui non a substantialia simplicitate emiserunt, non comprehenduntur in decretis de apostatis, & ejectis.
- 17 Possunt à Societate dimitti à Praeposito Generali, & sic dimissi non sunt apostatae, & sunt liberi ab omni obligatione dictorum votorum.
- 18 Statuta laicorum quantumvis generalia non extenduntur ad Ecclesias, & per personas ecclesiasticas.
- 19 Statutum excludens à minoribus dignitatibus multo magis censetur excludere à maioribus.
- 20 Nisi quoad majorem sit defectus in potestate.
- 21 Suffraganeatus non est Prelatura, sed officium.
- 22 Statutum imponens certam poenam, puta excommunicationis an liget forenses delinquentem in territorio statuentis, distinguitur ut n. seq. usque ad n. 45.
- 23 Statutum generaliter loquens, data illius scientia, ligat etiam forenses in locis statuti delinquentem, & n. seq.
- 24 Forum quis sortitur ratione delicti. Et pluribus aliis modis, ut n. 26.
- 25 Indulgentia concessa ab Episcopo non prodest non subditis, & n. seq.
- 26 Archiepiscopus non potest deputare officiales in diocesis suorum suffraganeorum pro appellationibus ad eum interponendis.
- 27 Statutum, & sententia in quo differant, & n. 51 & seq. usque in fin.
- 28 Statutum est quadam lex, quae semper loquitur, & nisi expressere vocetur, semper durat, & n. 44 & 51.
- 29 Habet tractum successivum, & incipit ligare tempore patris delicti, & n. 51. & n. seq.
- 30 Statutum Episcopi excommunicans ludentes ad Azardum in sua diocesi an liget Metropolitanum ibi ludentem.
- 31 Statutum puniens factum à jure damnatum ligat forenses etiam data ignorantia, Contrarium, n. 36. Sed primum verius, n. 37.
- 32 Nisi quoad poenam excommunicationis, n. 38.
- 33 Statutum puniens factum non damnatum à jure non ligat ignorantes, & n. 35. Nisi ignorantia sit crassa, vel supina.
- 34 Excommunicatio regulariter non ligat nisi ex contemptis.

- 40 Ignorans non dicitur contemere.
- 41 Forensis an in dubio presumatur ignorare poenam statuti.
- 42 Statutum Patriarchae excommunicans Archiepiscopos suffraganeos in sua provincia delinquentes valet.
- 43 Statutum Archiepiscopi imponens poenam excommunicationis Archiepiscopis qui in provincia sua fecerint ante se Crucem ferri, an valeat.
- 44 Statutum durat etiam post mortem, vel recessum statuentis, & n. 51. & seq. usque ad n. 57.
- 45 Capitulum sede vacante an possit recipere Sacriste sub poena suspensionis, ne asportet sacram suppellectilem extra Ecclesiam absque Capituli licentia, & num. seq.
- 46 Ante hoc praecceptum expirat per ingressum Episcopi, & n. 50. & seq. usque in finem.
- 47 In Capitulum sede vacante transit omnis jurisdictio, & sic etiam potestas suspendendi.
- 48 Vicario sede vacante per Capitulum constituto non abdicatur jurisdictio ab ipso Capitulo.
- 49 Nec in eum transeunt quae requirunt speciale mandatum.
- 50 Licentia, vel praecceptum an expirat morte condecens, vel praecipiente.
- 51 Statutum Capituli sede vacante etiam si imponat poenam pro futuro delicto, non expirat sede plena.
- 52 Praecceptum per modum sententiae, vel interdicti expirat per mortem praecipientis.
- 53 Sententia simpliciter lata non durat post obitum, vel remissionem proferentis, nisi successor eam confirmet, & ratam habeat, & n. seq. usque in finem.
- 54 Sed si lata sit sub conditione, expirat per mortem proferentis ante conditionis implementum, & n. 59. & 61.
- 55 Sententia excommunicationis à Delegato prolata in contradicteo expirat mortuo, vel revocato Delegato.
- 56 Sententia, quae tempore proferentis iniecit vinculum, durat ultra tempus proferentis.
- 57 Excommunicatus per Episcopum remanet excommunicatus etiam post mortem Episcopi.
- 58 Sententia respectu processus, vel effectus producendi in futurum, tollitur per remissionem proferentis.
- 60 Interdictum magistratus ne quis exerceat certam artem, expirat ipso facto finito magistratu.

A NOBIS, il primo. Generalis excommunicatio non ligat nisi subditos proferentis. Hoc dicit secundum Io. Andr. & omnes: & sunt duae partes. In prima ponitur questio. In secunda solutio, ibi, ad quod.

Nota ex textu ibi, non nisi subditi obligantur: juncto themate quaestiois: verba generalia statuentis, vel sententiam proferentis restringi ad limites potestatis suae, ita ut quavis ex propria significatione sint apta comprehendere etiam non subditos, tamen ob defectum potestatis restringuntur.

guntur, ut non comprehendant nisi subditos, ut hic est casus apertus: Nam questio proponitur, de sententia excommunicationis prolata per hanc verba generalia: Quiquis furtum fecerit excommunicatus sit, & Papa determinat hanc sententiam non nisi subditos obligari: & ita hic notat Cardin. n. 1. vers. Ex quo nota, Anchar in 5. notat. Abb. nu. 4. & Marian. Socin. in 3. notat. & concordat Burr. nu. 2. & 3. qui ex textu colligit tria pulchra notabilia idem importantia. Primum scilicet, generalis dispositio commensuratur agentis potestati. Secundum, verborum larga prolatio commensuratur organizanti potentiae. Tertium, exercitium non excedit metas habitus, à quo, ut à causa, dependet exercitii vires. Quod secundum Abb. & Marian. Socin. multum confert ad intellectum statutorum generaliter loquentium, ut non extendantur ad non subditos, unde statutum laicorum puniens declinatam jurisdictionem potestatis non extenditur ad Clericos: de quo vide plenus per eundem Marian. Socin. in cap. si Clericus laicum nu. 10. de foro competens. Et idem dicendum secundum Abb. hic nu. 5. & Marian. Socin. nu. 7. in statuto laicorum prohibente alienationem bonorum stabiliu in non subditis, quia ad Clericos non extenditur ob generale privilegium, quod habent in acquirendo, de quo in cap. fin. de immuni. ecclesiast. lib. 6. & ita in hac specie ibi determinat Io. Andr. nu. 4. vers. Cantu tamen de Ecclesia, cum quo concordat ibi Ancharan. n. 1. quae 1. vers. Quarto, post Jo. Andr. Gemina n. 3. vers. Sed pone, & Franc. n. 2. vers. Et ultra etiam, & alii plurimi, quos cumulavi in cap. Ecclesia Sanctae Mariae, n. 2. supra de Constitut. ubi pleno videas.

In glossa secunda pro declaratione materiae QUAERO, An subditus delinquens extra territorium statuentis incidat in poenam excommunicationis à statuto impositam.

Innocentius hic in princip. distinguit an sententia excommunicationis proferatur per hanc verba: quisquis in dioecesi mea furtum fecerit, excommunicatus sit. An vero indeterminate iuxta verba Decretalis, videlicet, Quisquis furtum fecerit sit excommunicatus. In primo casu delinquens extra dioecesim non ligatur ex defectu voluntatis statuentis, quia verba sententiae sunt restricta ad delinquentes in dioecesi, & hoc plenum. In secundo autem casu putat Innocentius subditum statuentis ligari, etiam si delinquat in alia dioecesi, vel territorio. Sed hoc secundum membrum est extra textum in cap. Vi animarum, de Constitut. lib. 6. Bartol. vero aliter distinguit in l. Cunctos populos, in 8. quae 1. nu. 45. vers. Aliquando civis delinquit, & nu. 47. c. de Summ. Trinit. & s. d. Cathol. videlicet quod aut statuentis expressit se velle ligare etiam delinquentes extra territorium veluti si dicat: quicumque commiserit furtum tibi vis locorum, sit excommunicatus, & hoc casu ligantur subditi etiam si extra territorium delinquant. Aut verba statuti sunt generalia, & tunc restringuntur ad territorium statuentis: & Bartoli distinctionem sequitur Mar. Socin. in cons. 302. Videatur, nu. 1. lib. 1. sed Bartoli distinctionem reprobat Angel. in l. fin. nu. 8. vers. Sed valde miror de dicta distinctione, ff. de jurisdic. omni. iudic. & in sua disputatione incip. Bononiensis à sua civitate amittit, in l. dubio similiter Abbas hic n. 11 his distinctionibus rejectis dicit verius esse, ut nullo casu delinquentes extra territorium afficiantur poena statuti per rationem l. finis ff. de jurisd. omni. iudic.

& d. cap. Vi animarum: quia extra territorium jus dicenti impune non paretur, & quia statutum proprie est lex territorii. L. omnis populi, ff. de iustit. & jur. unde non potest extralimites territorii vires suas extendere, alias ibi legem dicere videretur, de quo plenus idem Abb. dicitur in cap. 2. de foro competens. eandem opinionem pluribus tuetur Federic. de Senis in cons. 16. Capitulum Ecclesiae, nu. 10. vers. Quidam vero scriptor, ubi late firmat statutum Episcopi excommunicans malefactorem non porrigere vires contra subditum delinquentem extra dioecesim statuentis, Fulgol. cons. 156. Visti themate, in princip. & hanc late tuetur Alex. cons. 1. ponderatis verbis, in princip. & per tot. ubi col. 3 in fin. dicit communem lib. 1.

Et ex hoc etiam textu cum in S. Congregatione rerum Consistorialium propositum fuerit dubium an constitutio synodalis in Regno Poloniae edita, qua cautum est ne ejectis, vel dimissis à Societate Iesu ad Cathedralium Ecclesiarum Prelaturas, & Canonicatus sine specialis Sedis Apostolicae gratia aditus pateat: obstat quominus Joannes RaKoviski à dicta Societate jam pridem dimissus, nunc ad suffraganeatum Culmen, cuius praeconium in ipsius persona iam fuit factum, promoveri possit: Die prima Aprilis 1571. resolutum fuit non obstat, quia aut consideramus utrum Episcopatus in partibus infidelium, ad quem sic dimissus debet assumi pro exercitio Pontificatus, aut consideramus ipsum Suffraganeatum Ecclesiae Culmen. Si primum, Constitutio non obstat, quia non porrigit vires suas extra territorium statuentium, ut hic, & in cap. Animarum, de Constitut. lib. 6. & in l. fin. ff. de jurisdic. omni. iud. & dictum est supra nu. 8. Sed Episcopatus Titulares sunt in partibus infidelium, & sic extra provinciam, & territorium statuentium: ergo Constitutio ad hujusmodi Episcopatus non porrigitur, cum praesertim illius verba sint generalia, nec specificae loquantur de Prelaturis extra provinciam; unde etiam ex verisimili mente statuentium restringi debent ad Praelaturas provinciae iuxta secundum membrum distinctionis Bartol. in l. Cunctos populos in 8. quae 1. nu. 47. c. de Summa Trinitate, quem sequitur ibi Bald. & Salic. Jo. del. lignan. & Abb. in cap. 1. supra de raptor. & alii apud Marian. Socin. d. cons. 302. nu. 1. lib. 1. & quem admodum si subditus statuentis delinquat extra territorium, non ligatur poena statuti, ut ex communi ostensum est (Epra nu. 8. & 9. Simili modo subditus non ligatur statuto si contra illius prohibitionem extra territorium Praelaturam accipiat, idque tum ex defectu intentionis, quia, ut praedixi, verba sunt generalia, tum ex defectu potestatis, ad cuius limites verba statutorum semper restringuntur, ut est casus expressus in hac Decretali secundum ea, quae dicta sunt supra in ultim. notat. Et in specie statuta Synodi provincialis non habere vim obligandi extra provinciam, probant iura in cap. 1. quae 2. in cap. Decernimus 3. quae 9. & scripti in cap. Canonum statuta, nu. 14. supra de Constitut.

Rursus provisiones Episcopatum titularium clero, & populo carentium sunt ad liberam provisionem Romani Pontificis, ut est tex. in Clem. in plerisque, de election. & consequenter non est in potestate Synodi provincialis quemquam excludere ab hujusmodi Episcopatibus novam inhabilitatem inducendo, quia sic per indirectum re-

frangeret potestatem Papae contra rex in cap. *Inferior*, 21. *distin.* & Clemens. Ne Romani, in princip. de election. cum concordant ut posuerit per Io. Andr. in cap. *Culiaci*, nu. 3. *de reg. jur. lib. 6. in Mercarial.*

Quamquam enim ex decretis de apost. titis, & *electis*, §. *Item ut est ibi*, statutum sit, ut eiectione extra religionem degentes sint perpetuo suspensi ab exercitio Ordinum, sublata Ordinatis locorum facultate dictam suspensionem relaxandi, aut moderandi; tamen haec decreta non afficiunt Religiosos, qui vota substantialia simplicia in Societate Iesu emiserunt, ut alias censuit S. Congregatio Concilii. tales enim possunt à Praeposito generali reijci, seu dimitti à Societate, & à votis liberari.

27 *Quanto fructuosius*, & sic dimissi non sunt apostatae, & remanet liberi ab omni obligatione praedictorum votorum, ut in Constitutione 10. Gregorii XIV. *Ecclesiae Catholicae*: qua mobrem Constitutione synodalis inijci sic dimissis novam in habitum: ideoque verba ipsius Constitutionis ut cumque generalia ad Episcopatus utulares non extenduntur ex utroque defectu potestatis, & voluntatis, juxta rex. hic. Et quemadmodum statutum ad Ecclesias, & personas ecclesiasticas, quae sunt omnino extra potestatem statutum, ut declarat Antonius de Butr. in cap. *Ecclesia Sanctae Mariae*, prope fin. vers. *Primum tamen adverte* & ibi dixi num. 2. *supra de Constitutione*. Et patet ex dictis supra nu. 6. & 7. Ita nec Constitutio haec synodalis extenditur ad Praelaturas, seu dignitates Episcopales, quae sunt extra omnem potestatem ipsorum statutum, cum utroque casu sit defectus in jurisdictione, à qua potestas statuendi dependet, ut notat Bartol. in l. *Omnes populi in 1. qu. in princip. ff. de iust. & iur. Abb. in cap. Ecclesia Sanctae Mariae nu. 10. & ibi etiam D. c. nus. 8. de Const. Praeterea dum constitutio synodalis excludit dimissos à Societate Jesu à Praelaturis Cathedralium Ecclesiarum, non debet intelligi de ipsis Cathedralibus, arg. cap. *fin. supra de praeben.* sed debet intelligi de dignitatibus in Cathedralibus, puta Praepositis, & Archidiaconatibus, quae appellantur Praelaturae tam ex consuetudine Regni Poloniae, quam de jure communi, ut est rex. in cap. *1. de stat. & qual. & ibi dixi in 4. notab. post Host.* & Jo. Andr. num. 3. in verb. *Praelationes*, & Butr. in ultim. notab. Non obstat quod dum Constitutio in habitat ad Praelaturas inferiores, multo fortius videatur in habitare ad praelaturas, & dignitates superiores, quales sunt Episcopatus, per rex. in l. *Relegatarum*, §. *Solet ff. de interd. & relegatis ibi*: Si tamen ut si cum honore uno interdictum sit, non tamen eum honorem petere non possit, verum nec eos quoque, qui eo honore majores sunt: est enim per quam reditulum eum, qui minoribus poenae culpa prohibitus, ad majores aspirare: quoniam respondetur non esse licitum arguere à minori ad majus ubi est defectus in potestate, & in radice jurisdictionis, quia majoritas rationis, & causa gravissima defectum potestatis non supplet, ut notat Bald. in l. *Cunctos populos*, nu. 55. vers. *Ista ratio non valet*, C. de Summa Trinit. & fide Cathol. Butr. in cap. *Ecclesia Sanctae Mariae*, num. 20. & ibi etiam Felin. nu. 39. vers. *Dicitur iusta*, de constitutionib. & fubius dixi in cap. *Quae in Ecclesiarum*, nu. 4. *cod. tit.* Neque obstat quod d. Constitutio*

Synodalis fuerit confirmata à Sede Apostolica, quia confirmatio dat robur actui confirmato, sed illum non extendit, l. *Aurelius*, §. *Testamentum*, ff. de liberat. legat. Bald. in l. *in fin. C. si adversi rem iudicat*. Paul. de castro in cons. 187. *Notandum in princ. lib. 2. Rota decis. 301 num. 1. par. 1. recent.* & alias passim.

21 Si vero consideramus Suffraganeatum, similiter dicta Constitutio non obstat, quia Suffraganeatus non est Praelatura, nec titulus, sed officium, ut ex sententia Sacrae Congregationis Concilii dixi in cap. *Episcopalem*, nu. 55. de privileg. & in cap. *Ad haec*, nu. 34. de praeben. nec suffraganeus intrat Capitulum, sed tantum exercet ea quae sunt ordinis Episcopalis; uade cum Suffraganeatus non ad praerogativa Constitutionis, quae de Praelaturis, & Canoniaribus loquitur, consequenter nec illius dispositio adaptari debet, l. 4. §. *Toties de damno infecto*, cum similib.

22 Secundo QUAIRO, An statutum imponens certam poenam, puta excommunicationis, liget forenses delinquentem in territorio statutis.

23 Hae quaestio est satis involuta, sed pro faciliiori solutione constituenda sunt duo membra principalia.

Primum est quando statutum generaliter loquitur, ita ut sit aptum comprehendere non solum subditos, sed etiam non subditos, ut si dicat: quis furtum fecerit in territorio meo sit excommunicatus. Et in hoc primo membro duo casus sunt distinguendi: nam aut forensis delinquens in territorio statutis habet scientiam statuti, aut illud ignorat. In primo casu, id est data scientia statuti, extra dubium est forenses ligari, quia forum fertur ratione delicti, cap. *ult. de for. compet. cap. Tuarum*, de privileg. Authen. *Qua in provincia*, C. *Vbi de crim. q. oportet*. cum eo. *cod. de quibus hic in glof. 2. in princip. & forum sortiri & statuti ligari à part procedunt*, cap. *Primum animarum*, de Constit. lib. 6. Archid. in cap. *Quo jure*, nu. 16. §. *distin.* Butr. post Innoc. in *tribus de consuetudin. nu. 7. vers. Nam regulam habetis*, Scaphin. *decis. 1018 nu. 6.* Et in hoc primo membro determinat glof. 2. *hic Host. ante num. primum, vers. Si vero non subditus Henric. Boich. nu. 15. vers. Auscientis*. Butr. nu. 19. *Cardin. nu. 2. post med. vers. Dic ergo*. Anchar. nu. 7. vers. *Quandaque non subditus*, Abb. nu. 7. vers. *Conclude*, Felin. nu. 4. vers. *Circa primam quaestionem*, ubi alios refert, & Marian Socin. nu. 13. *dicens post Abb. nu. 6. hanc esse communem opinionem Legistarum in l. 1. C. de Summa Trinit. & fide Cathol. Calder. in cap. 1. in 9. col. vers. Quinto quaro*, supra. de raptor. & nullus discrepat.

25 Sed obijciat: Indulgentia concessa ab Episcopo non prodit in non subditis, ut sit casus in *Quod autem*, supra de poenit. & remiss. & tamen est favorabilis: ergo & longe minus debet eis ob esse poena statuti Episcopi imposita, quae odiosa est arg. l. *Cum quidam ff. de liber. & post & cap. Odia*, de reg. jur. lib. 6. At respondetur cum Host. *hic nu. 3.* & Henric. Boich. nu. 15. vers. *Nec obstat*, haec fieri propter salutem animarum: idcirco enim indulgentia non prodit non subditis, ne poenitentiae evenirent, quod expediret animabus, cap. *Cum ex eo*, §. *Ad haec*, supra de poenit. & remiss. Sed poena statuti afficit non subditos, ut medicina concepta de delicto, quod commiserunt, citius poenitentiam agant,

agant, quod similiter expedit animarum, ut legitur & notatur in cap. *Cum medicinalis*, infra eod. lib. 6. Quare, ut inquit Hostien. d. num. 20. Hanc poenam dilatamus, quia ipsam non odiosam, sed favorabilem iudicamus, ut patet in eo, quod leg. & notat in cap. *Si quem*, infra eodem, vel dic forenses ligari poena statuti, quia ratione delicti fertur forum in territorio statutis; & sic de non subdito 26 efficitur subditus, ut in iuribus supracitatis num. 24. Sed ratione indulgentiae non efficitur subditus, cum hoc non reperitur iure cautum: nam subditus quis dicitur tantummodo vel ratione domicilii, vel ratione originis, vel ratione delicti, vel contractus, aut rei sitae, ut in cap. *Volentes*, de privileg. lib. 6. & in cap. *Nullus*, de tempor. ordin. eodem lib. & hic notat Henric. Boich. num. 15. vers. *Aut quare*, & quia à non suo iudice nullus ligari potest, vel absolvi; merito non subditis indulgentiae non suffragantur, ut dicitur in praedicta Decretali, *Quod autem*.

27 Sed ubi geibus: tempore, quo fit statutum, statuens non habet jurisdictionem in actu in non subditos; unde cum statutum assumat vires tempore promulgationis, non est potens ad comprehendendum non subditos, cum antequam veniat casus jurisdictionem tribuens, id est patratum delictum in loco statuti nequeat statuens suam jurisdictionem actualiter exercere, argum. cap. *1. de off. Ordinarii lib. 6.* ubi dicitur Archiepiscopum non posse deputare officiales in dioecesi suorum Suffraganeorum pro appellationibus ad eum interponendis, quia ex quo appellationes non sunt interpositae, jurisdictionem actu exercere non debet. Verum respondetur obiectum non obtinere in statuto sed in sententia, quae regulariter jus praesens respicit, & super certis praeteritis, vel praesentibus benenimatis est tantum ferenda, non autem super futuris, ut §. *Curare*, *instit. de action. & cap. 29. iudicantem*, 30. *quasi 5.* At secus est in statuto quia fertur super futuris, & sic incertis, ut cap. *Cognoscenes*, & cap. *fin. supra de Constit. Cum enim statutum sit quaedam lex, quae semper loquitur, l. Ariarius, C. de heret. & Manich. nisi expresse revocetur, semper durat, cap. *fin. supra de offic. Delegat.* & sic cum habeat tractum successivum inijci vinculum tempore delicti. Et hanc rationem differentiae inter sententiam, & statutum assignat Ioan. Andr. & Cardin. in cap. *Sacro*, §. *Caveant*, super verb. *Presuturus*, infra eodem, Guil. de Monte Laudun. & Gemin. in cap. 1. *super verb. A sententia*, de privileg. lib. 6. quos citat, & sequitur Henric. Boich. num. 5. ubi etiam num. 6. & 7. ponit alias octo differentias inter statutum, & sententiam quoad poenam excommunicationis, quas non refero, quia ad rem praesentem non faciunt. Item propositam rationem diversitatis reddit etiam Marian. Socin. *hic num. 29* & plerique alii, & eodem modo responderi potest ad l. *Observandum*, ff. de offic. Proconsul. ubi Proconsul non potest causam delegare, ante quam ingrediatur provinciam, quia adhuc non habet jurisdictionem in actu, licet habeat in habitu; & ad l. *Vsufuctus*, ff. de stipulat. servor.*

31 Ampliant nonnulli conclusionem superius firmatam, ut locum habeat etiam forensis delinquens in territorio statutis sic et superior, quia nihilominus data scientia ligatur poena statutis generaliter loquentis, quod sentit Innocen. hic post

med. ibi, quia non est generalis, à contrario sensu: nec non ibi, licet Archiepiscopi alias legem in subditos factam servare teneantur. Unde si statuto Episcopi caveatur: quisquis in dioecesi mea lulerit ad Azardum sit excommunicatus, si Metropolitanus ludat in dioecesi Episcopi data scientia ligatur poena statuti, ut teneant Hugo, & Barthol. Brixien. relati à Io. Andr. in reg. *Culiaci*, num. 9. *de reg. jur. lib. 6.* Archid. in cap. *Vt animarum*, n. 2. vers. *Ego credo de constit. eod. lib.* Et hanc partem sequutus fuit Paulus de Bialucis disputando in civitate Senensis, ut refert Marian. Socin. *hic nu. 15.*

Sed contrariam opinionem probarunt Laurentius, Ioannes, & Bernardus Bovincialis relati à Io. Andr. in d. reg. *Cui licet num. 8.* Hostien. in *Soma magistri tituli*, §. *Quis valeat excommunicari*; vers. *Quid ergo*, ubi ait: certò certus teneas, quod sicut sententia, vel canon profertem non ligat, ita nec profertem Superiorem, Ioan. Calder. in cap. 1. *supra de raptor. Gaspar. de Calder. in repetit. cap. Nostro*, de poenit. & remiss. Pet. de Anchar. in cap. 1. in 12. *quasi. principali de constitutione*. Demum pro hac opinione post prolixam disputationem concludit Ioan. Andr. in dicta regula, *Cui licet anim. 2.* Et idem tenet succedens in cap. *Cum inferior*, nu. 2. *de major & obedient.*

In hoc opinionum conflictu Henric. Boich in eod. cap. *Cum inferior num. 9.* credit secundam opinionem esse veteriorem in foro judiciali, sed in foro poenitentiali primam esse tenendam, quia tutior, & securior pro anima, argum. cap. *Iuvenes*, de sponsalib. cum concordantibus. per cum allegatis. Similiter Marian. Socin. *hic num. 17.* dicit in foro judiciali communiorem, & veteriorem esse secundam opinionem, sed in foro animae libi magis placere primam per rationem Henric. Boich. Hoc tamen est optimum consilium, sed non praecipuum, quia ubi in alio quo articulo utriusque sunt opiniones, etiam in foro poenitentiali licet cum sequi opinionem veteriorem, seu probabilioris, licet eadem contraria sit tutior, c. *Placet*, in fine, de *convers. conjugat.* & can. *Nitens*, 31. *dist. & fubius probavit in cap. Ne imitari*, nu. 169. & sequ. & num. 236. de *Constitutione*.

32 In secundo casu, id est data ignorantia statuti, subdistingue: nam aut statutum punit factum à jure communi damnatum, puta homicidium, furtum, sacrilegium, & hujusmodi: & tunc forensis utrumque ignorans ligatur poena statuti, quia in facto generaliter damnato non potest allegari iusta ignorantia. Aut punit factum alio non damnatum à jure, puta sal vendere extra civitatem, vel provinciam frumentum asportare, vel mercomonia deferre non solutus vectigalibus; & hoc casu forensis contraveniens poena statuti non ligatur. Ita notabiliter distinguit glof. 2. *hic quo concordat Butr. num. 7. vers. Ideo ego pondero*, Anchar. Barr. & alios citat & sequitur Marian. Socin. *num. 36.* Quod tamen procedit si ignorantia sit probabilis, secus verò si sit crassa, vel lupina, ut notat glof. in cap. 2. in ver. *Supina*, de *constitut. lib. 6.* Veluti si forensis in loco statuti traxit tantam rogam, ut verisimiliter debeat esse informatus delicti poena, vel si in partibus circumstantibus id communiter statutum reperitur, juxta notata per Barr. in l. *Cunctos populos*, C. de *summa Trinit. & fide Cathol.* & per Jo. Andr. in d. c. 2. quos refert, & sequitur Butr. *hic nu. 9.*

35 Tu vero adverte, quia quoad secundam partem hujus distinctionis, scilicet ignorantes non ligari poena facti punientis factum a jure alias non daturum, conveniunt unanimiter omnes, prout hanc esse communem opinionem omnium Doctorum attestat Marian. Socin. hic nu. 49. Sed quoad primam partem scilicet, quando statutum puniat factum aliis damnatum, lo. Andr. hic num. 5. vers. Imo dic. & in cap. 2. in glos. Ordinaria, in verb. Ignorantes, de Constitut. lib. 6. contra gloss. nostram tenet ignorantes non ligari, quia licet factum damnatum a jure, tamen ignorant novam poenam a statuto impositam. In hac varietate Butr. hic num. 9. vers. Si vero ignorat. putat primam opinionem glossae esse veram, & Abb. num. 9. vers. Et hac opinio videtur affirmat eam esse veniorem de rigore juris opinionem vero Jo. Andr. esse aequiorem, & sic relinquit Marian. Socin. luculenter disputat hunc articulum in utramque partem a num. 26. usque ad num. 47. & num. 36. concludit sibi placere primam opinionem glossae, licet fateatur esse latis dubiam: praecipue movetur quia cum delinquens non ignorat erit factum a jure damnatum, videtur consensisse in omni genere poenae, argum. l. 1. §. Bestias, ff. de postul. & l. fin. ff. de crim. expil. hared. cum similib. ut per eum.

Opinionis glossae ego etiam adhaereo, tum per rationem Marian. Socin. quae multum stringunt, tum quia eam lequantur fere omnes Doctores: & multos refert idem Marian. Socin. ad num. 36. Sed eam limito in poena excommunicationis, prout limitat Anton. de Butr. hic num. 9. vers. Sed quidquid sit, ubi ait se credere opinionem glossae esse veram in aliis poenis praeterquam excommunicationis, & paulo infra rationem reddit, quia sententia excommunicationis regulariter non ligat nisi ex contemptu, ut cap. Sacro, supra eod. cum similib. Sed ille, qui ignorat, non dicitur contemnere, ut inquit gloss. notab. in l. Si ignorans, in verb. Contemnit, ff. Locati. ergo nec ligari potest cum in ignorantem non sit dare contemptum: quod non contingit in aliis poenis: & hoc idem probat text. nositer non violando litteram, secundum eum.

41 In dubio autem an delinquens praesumatur habere scientiam, vel ignorantiam statuti, bonus iudex arbitrabitur ex conjecturis, puta ex mora, quam ibi traxit, modica, vel magna, ut tergi supra n. 34. & in dubio standum esset illius juramento, et p. Si vero in secundo, supra eod. secundum Hostien. hic num. 1. vers. Tu autem dicas, Henrich Boich, num. 15. vers. Verum qui praesumatur Cardin. num. 2. prope fin. vers. Du ergo arbitrandum, Abb. num. 10. & Marian. Socin. num. 49. & Jo. ubi plenius declarat quando delinquens praesumatur scire, vel ignorare poenam statuti.

42 Secundum membrum principale est quando Statutum est particulare, & comprehendat certas personas dumtaxat, & tunc t. ferti nam aut statutum loquitur de non subditis, qui sunt inferiores ipsi statuenti, puta si Patriarcha habens Archiepiscopos suffraganeos sic statuat: Quicumque Archiepiscoporum fecerit ante se Civem ferri in provincia mea, sit excommunicatus: & tunc Innoc. hic post med. vers. Si autem Patriarcha, tenet statutum valere, quia in subditos, & Archiepiscopos ligati: & eum sequitur Hostien. nu. 3. argum. cap. Quia contra mores, 8. distinct. & Anchar. nu. 7. vers. Tertia est opinio: Aut statutum loquitur de non sub-

ditis, qui sunt pares ipsi statuenti, ut si Archiepiscopus statuat: Quicumque Archiepiscoporum fecerit ante se Civem ferri in provincia mea, sit excommunicatus: & tunc sunt opiniones. Innocentius hic circa med. vers. Unde si aliquis, tenet statutum non valere, quia non est generale, & quia non comprehendit subditos, cum nullus Archiepiscopus habeat subditos Archiepiscopos, contra quos non licet facere legem. Sed Hostien. hic num. 3. vers. Quod autem Archiepiscopus, tenet contrarium, id est Archiepiscopum ligari, & movetur per text. in cap. Ex tuarum, in fin. de auct. & usupall. Item quia ex opinione Innocentii queritur, ut quis non possit facere statutum contra peregrinos delinquentes in loco jurisdictionis suae: quod est illam. Similiter Abb. hic num. 7. vers. Articulus iste, quavis fateatur hunc articulum esse dubium, tamen dicit posse teneri opinionem Hostien. quia cum statutum habeat tractum statutum, & sic lex territorii feratur in tempus habile videtur statutum valere, cum dicat jurisdictionem in territorio suo, & sequitur Marian. Socin. n. 27.

44 Ultimo quaerunt hic DD. cum gloss. 2. an Statutum, vel sententia duret ultra tempus statutis, vel sententiam proferentis, & concludunt statutum durare, quia cum sit lex quaedam, perpetuo durat, nisi revocetur expresse. In sententia vero distinguunt ut hic per Abb. nu. 12. Hanc distinctionem respicit supra num. 28. & 29. Sed latius profertur in quaest. sequentium 2. parte a num. 50. usque in finem.

45 Ex facto quaesitum est an Capitulum sede vacante potuerit praecipere sacrilege sub poena suspensionis, ut aspernet sacra in hisp. eccles. ex tra Ecclesiam absque Capituli licentia: An vero hujusmodi praecipuum per ingressum Episcopi expiraverit.

47 Prima pars quaestionis est clara, quia in Capitulum sede vacante transit omnis jurisdictione c. 1. & cap. Cum olim, ubi omnes notant, de majori. & obediens, cum concord. Ideoque etiam potestas suspendendi Bellamer. consil. 244. Joan. Francisc. Pavin de offic. & potest. Cap. Sed vacans, in 2. parte prin. quasi. 6. in fin.

Et eo magis hoc casu, quia statuit circa res ad custodiam ipsius Capituli pertinentes, ut nor. Archid. & Ioan. Andr. in cap. Generalem, de elect. lib. 6.

48 Quod procedit etiam constituto Vicario juxta formam Concilii Tridentini cap. 16. sess. 24. quia Vicarius exercet jurisdictionem nomine Capituli, & propterea non abdicatur ab ipso Capitulo jurisdictione; imò in Vicarium non transeunt quaerunt speciale mandatum scire, ut saepius respondit Sacra Congregatio Concilii.

49 Quoad secundam partem dubia est quaestio, an licentia, vel praecipuum expirat per mortem concedentis, vel praecipuentis, quam tractant DD. in Clem. fin. de elect. & communiter recipitur opinio negativa, quae est Cardin. ibi in q. sed quia res est controversa, & multi aliter sentiunt, ideo quod pertinet ad hanc quaestionem, videtur vera distinctio glossae 2. hic: nam aut Capitulum sede vacante procedit per modum statuti, & tunc etiam si statutum imponat poenam pro futuro delicto, non expirat se de plena. In hoc elebris est praallegata quaestio Feder. de Senis 16. num. 1. quae incipit, Capitulum Ecclesiae Cathedralis, & dicit Pav-

vin. qu. 6. prima pars principalis, num. 4. vers. Et favor, se non reperit: aliquid famosum Doctorum contrarium tenentem; & in Episcopis est text. in cap. clericus 3. qu. 4. & hic non est casus nositer, quia Capitulum non processit statuendo generaliter. Aut Capitulum procedit per modum sententiae, vel interdicit, qui est casus nositer, & tunc praecipuum expirat per mortem praecipuentis: ad hoc est text. expressus in l. final. ff. de pen. Haec distinctio in effectu est glossae magna hic, cujus haec sunt verba (Quid si moritur, vel transferatur ad aliam Ecclesiam qui tulit illam sententiam, numquid tenet post mortem, vel recessum, ut qui contrafaciant sunt excommunicati? videtur quod sic, quia scripta Episcoporum anathematizant etiam post mortem, & facere possunt decretum, ita ut qui contrafaciat, puniatur, 3. quasi. 3. nullus, &c. arg. contra: dicitur quod interdicitum non durat ultra jurisdictionem interdicens, l. ult. ff. de pen. Dicit potest quod interdicitum, si ve sententia excommunicationis simpliciter lata non durat ultra tempus proferentis, nisi successores etiam confirmet, & ratam habeat; sed cum diffinientia statutum, seu decretum aliquod facit, ligat etiam post recessum, quia statuta hujusmodi perpetua sunt, de offic. deleg. c. ult. nisi expresse per successores revocantur) Sequitur Anton. de Butr. hinc. io. ubi ait (Die quod statuta, quae ut edicta dependentiam non habent perpendiculariter super potentia statuentis, & sic ipsam non assumit pro causa permanendi, sed producendi, ex eo quod prodita a se vires sumunt, durant, & non extinguuntur extinctione jurisdictionis: sententia vero, quae perpendiculariter habuit suum effectum, & vim promovendi a provinciantem, & ab eius potestate perpendiculariter dependet, prout sententia est in fieri, quia non datur ex contraventione loquentis in se, extinguuntur) haec Butr. Item Anchar. nu. 9. (Tu dic quod quaedam emanant per viam statuti: & tunc mortuo, vel translato statuto, vel alter ejus jurisdictione finita labitur qui postea contrafecit, cap. ult. de offic. Leg. Quaedam emanant per viam sententiae; & tunc aut sententia fuit pure lata, & perpetuo ligat: si vero sententia non fertur pura, sed sub conditione; & tunc si existat conditio post mortem judicantis, vel extinctam jurisdictionem: & non ligat: & pro tanto dicit Innocent. in c. Pro illarum, de prebend. quod si delegatus profert excommunicationis sententiam generalem in contradictione, & rebelles, non est illa perpetua, sed expirat mortuo, vel revocato delegato: & idem dicit Io. Andr. ne sede vacante, cap. 1. lib. 6. In Ordinario mortuo, vel translato, quod ejus sententia conditionalis non habet contraventionem sede vacante, vel in tempus successoris) Item Abb. hic nu. 12. dicens (Numquid statutum, seu sententia duat ultra tempus disponens? Conclude quod statutum cum sit lex quaedam, perpetuo durat, nisi revocetur expresse: unde dicit Federio, quod si Capitulum sede vacante fecit statutum, durat etiam creato Episcopo, nisi expresse revocetur per Episcopum. In sententia die condendendum notabiliter, quod aut sententia iniecit vinculum tempore proferentis, aut non. Primo casu durat ultra tempus proferentis, exemplum in excommunicatione: unde excommunicatus per Episcopum remanet excommunicatus post mortem Episcopi, cap. Passoralis, §. 1. de offic. Ordin. sed respe-

38 Et processus, vel effectus producendi in futurum, sententia tollitur per remotionem judicis, qui sententiam tulit) & idem Abb. in cap. Com ad hoc, de Cleric. non residen. sub. n. 9. Idem est in qualibet alia sententia lata generaliter sub conditione, quae expirat per mortem proferentis, ex quo non habuit in vita effectum consummatum. Ad idem potest adduci textum in l. fin. ff. de pan. ubi disponitur, ut si aliquis magister atus interdicit alicui ob noxum delictum ne exerceat certam artem, tollitur hoc interdicitum, seu prohibitio ipso facto finito magister illius. Item Federio. d. qu. 16. n. 6. post aquam conclusit Capitulum posse facere statuta penalia duratura etiam in tempore Episcopi. (Non obstat, inquit, ff. de pen. l. ultim. cum similib. cum ibi notat. nam illud locum habet cum interloquendo, vel sine cognitione alicui interdicitum est ut arte sua scus si diffinendo, vel leg. m. condendo, quod cum magna solennitate fit.)

Contra hunc censur lo. de D. o. in hac quaest. Si Episcopus excommunicavit Clericum, qui in p. o. pro fundo adificavit Ecclesiam, si Ecclesiam illam in aliquos Religiosos sine suo consensu transferret, quam eo mortuo, & se de vacante religioso loco univit: clericus est excommunicatus, quia sententia iusta a suo iudice lata, nec fuit appellata, licet lata sub conditione, cap. Romana, §. cave. a. de appel. lib. 6.

Verumtamen ejus opinio reprobat ab Agid. de Sola, ut per Pavin. de off. & potest. cap. sed vacans, qu. 6. p. par. princ. n. 10.

Confirmantur praedicta in casu praesenti, quia Capitulum prohibuit sportationem sine sua licentia: sed hanc licentiam non potest Capitulum concedere assumptio Episcopo: ergo vix mens fuit ligare tantum per tempus, quoad cum pertinebat licentiam concedere; & sic assumptio Episcopo interdicitum non ligat ex defectu voluntatis interdicens secundum ea, quae dicta sunt supra num. 8. & 12.

De Sent. Excomm.
Cap. Perpendimus.
S V M M A R I V M.

- 1 Excommunicati ob violentiam manuum iniectionem in Clericum non tenentur sine multis casibus adire Sedem Apostolicam.
- 2 Clericus dimisso habitu se enormitatibus ingerere per die privilegium Canonis, §. n. 13. Sed non privilegium fori, n. 4. 5. 8. & 17. Et quid post Concilium Tridentinum n. 15.
- 3 Percussions, seu interficiens Clericum, qui dimisso habitu sevis enormitatibus se immiscuit, non est excommunicatus, §. n. 13.
- 4 Clericus, qui dimisso habitu ingreditur bellum, vel agressiones, captus debet restitui ecclesiastico iudicio.
- 5 Clericus, qui dimisso habitu, & non sura commissit se enormitatibus, potest puniri per iudicem secularem, licet non fuerit ser monitus, secundum unam opinionem.
- 7 Saltem si in enormitatibus diu perseveraverit, secundum aliam opinionem.
- 8 Contrarium.

ver. Non propulando: & est glos. notab. in d. cap. Cum non ab homine, in verb. Minime coarcentur, 15 supra eodem. Si vero queris de privilegio fori tunc referantur de Clericis minorum Ordinum, an vero de Clericis in sacris. Si de Clericis minorum Ordinum, cessat omnis difficultas, quia ex jure novissimo Concilii Trident. cap. 6. sess. 23. nullus prima tonsura initiatus, aut etiam in minoribus Ordinibus constitutus gaudet privilegio fori, nisi beneficium ecclesiasticum habeat, aut habitum, & tonsuram deferens alicui ecclesie inseruiat, vel in Seminario Clericorum, aut in aliqua schola, vel universitate de licentia Episcopi versetur. Neque ad hoc requiritur, ut precedat aliqua admonitio, sed eo ipso quod caret aliquo ex praedictis requisitis, perdit privilegium fori, ut ex sententia sacrae Congregationis dixi in cap. si quis, numero 21. de foro competent. Quare minores Clerici hodie Ordine in vero difficilius perdunt privilegium Canonis, quam fori: nam illud non perditur per solam dimissionem habitus, & tonsuræ, nisi vel præcesserit trina monitio, ut in d. cap. Contingit, si secundo, infra eodem, vel sævis enormitatis se immiscuerint, ut hic & in d. cap. Cum non ab homine, §. in articulo, supra eodem. At privilegium fori perditur per solam dimissionem habitus, vel tonsuræ, vel servitii Ecclesie, licet non fuerint tertio moniti, nec se immiscuerint enormitatis, ut in d. cap. 6. de ejus materia vide quod plene scripsi in d. cap. Si quis, a num. 19. usque ad num. 72. de foro competent. Si vero agitur de Clericis in sacris, tunc sunt opiniones, sed verior, & communior sententia est eos non perdere privilegium fori, ut ostensus est supra a num. 4. usque ad num. 12. & hoc servat Curia, ut dixi in cap. Cum non ab homine, in vob. supra de iudicio.

De Sent. Excomm.

Cap. In audientia.

S Y M M A R I V M.

- 1 Clericus ut laicus incedens tertio monitus non respiciens perdit privilegium clericale.
 - 2 Clericum, qui deposito habitu arma militaria gestas, non perdit privilegium clericale ante trinum monitionem, nisi etiam servenormitatus se immiscuerit.
 - 3 Talis quis esse presumitur in quali habitu reperitur.
 - 4 Matrona pudicitiam attentans in habitu meretrici deprehensa non tenetur de injuria.
- 1 IN AUDIENTIA. Clericus, qui a Prælati suo tertio monitus arma militaria non deponit, perdit privilegium clericale. Hoc dicit secundum Io. Andr. cum quo Butr. Card. & ceteri concordant: vel generalis secundum Abb. Clericus ut laicus incedens, tertio monitus non respiciens, perdit privilegium clericale. Hoc dicit, & loquitur specificè de privilegio Canonis. Idem tamen juris est in privilegio fori, ut cap. Contingit, si secundo infra eodem & in privilegio immunitatis ab oneribus laicalibus, ut in cap. ult. supra, de vit & honeste Clericor. & in Clem. 1. eod. tit.

2 Nota primo ibi, Qui arma militaria relicto habitu clericali gestare nullatenus erubescunt. Clericos non amittere privilegium clericale ex eo quod in habitu laicali arma militaria gestant, militè moniti non desistant: & ita hic est casus apertus secundum omnes. Sed tu hoc limita, nisi simul arma militaria assument, & enormitatis se immisceant, quia tunc cum assumant actum omnino contrarium ordini clericali, statim perdit privilegium sine ulla admonitione, ut hic a contrario tenit glossa Bernardi post casum, & firmat Innoc. in cap. 1. num. 5. vers. Sed alii contradicunt, de apostat. & Alex. cons. 8. Videtur super primo, num. 3. lib. 1. Alias declarationes ad regulam hujus Decretalis posuit in d. cap. Contingit, si secundo infra eod. ubi plene videas a num. 6. usque ad n. 25. & ad jura, quæ videntur oppositum innuere, videlicet cap. Respondimus, supra eodem & cap. Ex parte, il terzo, de privileg. respondendi prædicta Decretali Contingit, num. 12. & 13.

3 Secundo nota ibi, Si in veste: quod talis esse se presumitur in quali habitu reperitur, ad hoc cap. Si iudex laicus, de sent. excomm. lib. 6. ibi (In sum est enim, ut ipse talis, quem gestat ex habitu quousque appareat aliud, presumatur qualis est, & cuius fert habitum) comprobatur, cap. Vi apostolica, de privileg. eodem lib. cap. si verò, supra eodem & l. Item apud, §. Signis virgines, ff. de ritu nupt. ubi est casus secundum Bart. in sum. text. Quo fit, ut si quis tentaverit pudicitiam matronæ in veste meretrici deprehensa, de injuria non teneatur, ut hic in littera, & in d. §. si quis virgines: non enim injuriatur matrimonio qui ipsum ignoravit, l. Si eoz, de adult. ut hic in glossa in per. in iuraturam, ubi habes alia similia. An autem percontens laicum credens percutere Clericum incidat in Canonem, conclude ut in ead. glossa quæ cõmunitè tenetur: & quid si credidit percutere Titium laicum, & in persona errans percussit Martinum Clericum, vide glossam in cap. si verò, in ver. Ignoraverit, & ibi Doctores, supra eod. & quod plene scripsi in cap. Ad audientiam, supra de homicid. in quest. an mandans committit homicidium in personam unius, si se quatur in personam alterius irregularis ex homicidio voluntario a num. 33. usque ad num. 72.

De Sententia excommunicationis.

Cap. Cum pro causa.

S Y M M A R I V M.

- 1 Excommunicatus ex pluribus causis, si in absolutione omnes non expressit, non habetur pro absoluto.
- 2 Excommunicatione una, vel pluribus ligatus, & ex pluribus causis, an possit absolvi unica absolutione.
- 3 Clausuram Ecclesia violans dicitur violare immunitatem ipsius Ecclesie.
- 4 Immunitas privilegiorum non restringitur ad portas, vel parietes Ecclesiarum, nisi si extenditur circumquaque per 40. vel 30. passus.
- 5 Absolutio a censuris ob violatam immunitatem ecclesiasticam in terminis Bullæ Gregorij XIV. an sit Sedi Apost. reservata, & numero seqq. usque in fin. immu.

- 6 Immunitatem Ecclesia violans inde extrahendo personas, vel res de iure veteri non erant excommunicati, sed excommunicandi.
- 7 Incendiarii, & effraiores Ecclesiarum incurrunt in excommunicationem Sedi Apostolica reservatam.
- 8 Immunitatem Ecclesia violans in claustro laicum verberando an sit excommunicatus, & num. seqq.
- 9 Denuntiatio non addit vinculum.
- 10 Violentia corporum maior est quam verum.
- 11 Casus violationis immunitatis Ecclesie à DD. qui scripserunt ante Paulum II. recensentur inter casus Episcopales ex consuetudine, & n. 34.
- 12 Violentiam liberatam Ecclesia in terminis Bullæ Cænonis non incurrunt in excommunicationem Papæ reservatam, nisi si id fecerint per viam statuti, vel consuetudinis, & num. 14. & 34.
- 13 Opinio Episcopi Montis Marani sententiæ absolutionem in terminis Bullæ Gregorij XIV. non esse reservatam, expenditur.
- 15 Resoluitur & num. seqq. usque in fin.
- 16 Libertatis ecclesiastica offensæ est casus Papæ reservatus in Extravag. Pauli II. & Sixti IV.
- 17 Iuramentum presteri non potest per relationem ad scripturam iuratum.
- 18 Pro forma exigit specificam mentionem, & formalitatem verborum. Presteri debet corporaliter, & requirit pro forma talem scripturam, num. 20. Sub dictione, & cetera, non includitur num. 22. Nec sub obligatione Cameracina, 23.
- 19 Relativa dispositio non sufficit in ius, quæ sunt formalia, ut in quaerentiis.
- 21 Forma impleri debet in specie, & non per acquiescentiam.
- 24 Casuum reservatio non requirit formalitatem verborum, & potest fieri per relationem ad aliud, & numero seqq.
- 25 Constitutio nova per relationem ad ius commune perinde operatur, ac si ius commune esset in ea insertum.
- 26 Relativus verè, & propriè dicitur esse in referentia. Imò dicitur pars referentis, num. 30.
- 27 Iuramentum est vinculum personale, nec transit in successorem.
- 28 Reservatio afficit etiam successorem, si fiat per modum legu, seu statuti.
- 29 Expressio per relationem ad aliud sufficit etiam in his quæ specificam mentionem requirunt.
- 31 Reservatio absolutionis potest dici pœna.
- 32 Immunitas, & libertas ecclesiastica an, & tu quo differant.
- 33 Immunitas Ecclesie quid sit.
- 35 Extravagans. Inter cunctas, de Privilegiis, quæ violationem immunitatis Ecclesiastica ponit inter casus reservatos ex consuetudine facti revocata in Concilio Viennensi.
- 36 Absolutio a censuris ob violatam immunitatem in terminis Bullæ Gregorianæ recensetur inter casus Papales in decretis Clementis VIII.

1 CUM PRO CAUSA. Excommunicatus ex pluribus causis, si in absolutione omnes non expressit, non habetur pro absoluto. Hoc dicit Io. Andr. Butr. Cardin. & Anchar. vel aliter secundum Abbat. Felinum, & Mariæ, Socin. ligatus pluribus excommunicatione Prop. Fagn. in 2. par. 5. lib. Decretal.

nibus, licet ex eodem facto, obtinens absolutionem expressa una causa, seu una excommunicatione, non habetur pro absoluto quoad aliam. Hoc dicit. Generaliter autem an ligatus una, vel pluribus excommunicationibus, & ex pluribus causis absolvi possit unica absolutione, an verò sint necessariae plures, Doctores non conveniunt, ut hic in gloss. 2. Sed placet magistralis distinctio Abbatis numero 6. vers. Sed conclude, vel latius distingue, ut per Hæric. Boich. in prin. & Couar. in cap. Alma mater, hoc tit. lib. 6. par. 1. §. 11. numero 13. vers. Quid autem de illo, ubi hunc articulum explicat dilucide per septem conclusiones, quas per te videas. Decretalis dividitur in duas partes. Prima narrat casum. Secunda dat iudicium ibi, Discretioni.

3 Nota primo, ibi, & cum traxisse verberando per claustrum: quod violans claustrum alicujus Ecclesie dicitur violare immunitatem ipsius Ecclesie: & est ratio, quia privilegium immunitatis non restringitur ad portas, vel parietes Ecclesie tantum, sed per quadraginta, vel saltem per triginta passus extenditur circumquaque, ut cap. Sicut antiquitus, & cap. Quisquis, 17. q. 4. & hic notant Hostien. num. 2. Ioann. Andr. num. 7. Abb. in ult. notab. Felin. num. 2. & Marian. Socin. num. 16. Turcrem. in cap. Cum devotissimam numero 4. & ibi etiam Praposit. num. 2. 12. q. 2. Merito claustrum Ecclesie inhærens gaudet immunitate ipsius Ecclesie: ex quo inferitur, ut sicut non potest quis capi in Ecclesia, ita nec in claustro Ecclesie, ut per Abb. & Felin. ubi supra, facit text. in l. Presentis, & quod ibi notat Bart. num. 20. C. de his, qui ad Eccl. confug.

Secundo nota ex textu argum. Pro, & contra, quod violans Ecclesie immunitatem est ipso iure excommunicatus: sed hoc latius examinabitur infra num. 6. Hodie hoc est expeditum per jura extravaganantia, & per Constitutionem Gregorij XIV. hac de re editam, ut mox dicitur.

5 QVÆRO, utrum absolutio à censuris ob violatam immunitatem ecclesiasticam iuxta terminos Constitutionis Gregorij XIV. quæ incipit, Cum alias nonnulli. Sit Sedi Apostolicæ reservata, nec no.

In vim prædictæ Constitutionis quæ extrahunt reos ab Ecclesiis contra formam ibi præscriptam, ipso facto incident in censuras, & pœnas, quæ contra libertatis juris, & immunitatis ecclesiasticae violatores per sacros Canones, & Concilia generalia, Pontificumque Constitutiones sunt promulgata: idque certum est & citra controversiam. Sed quænam sint ejusmodi censuræ, ac pœnæ quoniam ea Constitutio non aperit, inspiciendum erit, an ex sacris Canonibus, Conciliis, vel Constitutionibus Apostolicis, ad quæ omnia se referat Constitutio statuta sit censura aliqua Sedi Apostolicæ reservata contra hujusmodi violatores.

6 Porro in cap. Sicut antiquitus, 17. q. 4. statuitur, ut qui confinia Ecclesiarum infringere tentaverit, aut personam hominis, vel bona eius inde subtraxerit, nisi publicus latro fuerit, quousque emendet, & quod rapuerit reddat, excommunicetur. In canone statet eadem casus, & quasi. Gelafius iuberet arceri ab ingressu Ecclesie, qui aliquem ab Ecclesia violenter abstraxerit Ioannes VIII. in cap. Quisquis, ead. quasi. Si quis inquit, Domum Dei violaverit, & aliqua inde abstrulerit, donec in Conventu admonitus legitime satisfacti, sciat se

communione privatum, alias legitur, sciat se fore communione privatum, ut ibi notatur in margine, & infra sequi ecclesias infringunt, & deposita vel alia quolibet exinde abstrahunt, damnum novies quadruplum. & immunitatem tripliciter, & veluti sacrilegi canonice sententia subigantur, Alex. II. *ibidem* in cap. *si quis deinceps*: cum, qui clericum ab ecclesia expulerit, jubet canonice penitentia, atque depositioni subiacere, ac si contumax fuerit, excommunicari, August. *Epist. 187. ad Bonifac.* eum qui hominem ab ecclesia rapuit, communione interdicti, ut refertur loco citato in cap. *Miror.* Concilium Toletanum duodecimum cap. 10. Diffiniuit, ut nullus audeat confugientes ad ecclesia, vel residentes inde abstrahere; ac deinde statuit, si quis hoc decretum tentaverit violare, ecclesiastica excommunicationi subiacet, & severitatis Regie feriatur sententia, cap. *Diffiniuit, ead. caus. & quest.* Concilium Aurelianense relatum ibi cap. seq. id ipsum decrevit, & violatores ecclesie immunitatis non solum a communione ecclesie, verum etiam Catholicorum convivio iussit separari. Concilium Tridentinum cap. 20. sess. 25. tantum innovat Canonice, & Concilia generalia omnia, nec non alias Apolliticas sanctiones in favorem ecclesiarum, libertatis ecclesiasticae, & contra eius violatores editas.

Ex his patet violatores immunitatis ecclesiasticae ex veterum Canonum sententia esse excommunicandos, sed non esse ipso facto excommunicatos, exceptis incendiariis, & effractoribus ecclesiarum, qui ipso facto incurrunt excommunicationis sententiam Sedi Apollitice reservatam, ut cap. *in litteris*, & ibi glos. in verb. *An abhominatio supra de reprobis*, & cap. *Tua nos*, & cap. *Conquesti*, supra eodem & de incendiariis, effractoribus intelliguntur duo Capitula que in oppositum consuetum esse allegant, videlicet cap. *Canonice*, 11. q. 3. & cap. *Omnes*, 17. q. 4. alii vero non sunt excommunicati ipso iure, sed excommunicandi, ut nos glos. in d. cap. *Conquesti*, in verb. *Excommunicatos nuntiatis*, & in d. cap. *Tua nos*, in verb. *Pudeliati*, supra eod.

8 Sed predictis mulum videtur ob stare hanc Decretalis: nam iste Archiepiscopus fecit publice denunciari excommunicatum Archidiaconum ob duplicem causam videlicet, quia in Clericum manus iniecerat violentas, & quia eum traxerat verberando per claustrum, ut in littera. Ergo etiam ex hac secunda causa violationis claustrum prius erat excommunicatus a iure, quoniam denunciatio non addit vinculum cap. *Visforalis*, de appellat. glos. 3. in d. cap. *Tua nos*, supra eodem, & secundum hoc idem esset si in claustrum laicum verberasset, arg. d. cap. *Omnes*, 17. q. 4. & hunc intellectum approbat Hostien. *lib. 2. q. 2.* quia interentes vim in ecclesia, & quare sunt spoliantes sunt excommunicati. Ergo multo fortius in ipsa homines verberantes, quia major est violentia corporum quam rerum arg. c. *Præcipimus*, 12. q. 1. c. *Commissio*, in fin. supra de penit. & remiss. 1. sancimus, la prim. c. de sacros. eccles.

Hinc objectioni ita respondetur Papa hic narrat factum Archiepiscopi, sed illud non approbat, quin potius in dubium revocat, dum dicit: si vobis constiterit dictum Archidiaconum ob duplicem causam excommunicatum fuisse ex his enim

verbis apparet Papam dubitasse de excommunicatione hoc autem verificari non potest in excommunicatione lata a iure, quia in Papam, qui habet omnia iura in scriptis peccatoris non cadit juris ignorantia, ut cap. 1. de constitut. lib. 6. Tantum ergo dubitavit num Archidiaconus incidisset in excommunicationem latam ab homine, quia forte lata fuit sententia ab Archiepiscopo, ut quicumque violaret ecclesie immunitatem, esset excommunicatus, ut notat glos. 1. in fin. Innoc. in princip. in verb. *Violationem*, & Archid. in cap. *Omnes* numero 1. 17. q. 4. Argumentum vero a rebus ad personas, quo utitur Hostien., assumit pro fundamento id, de quo disputatur, quia supponit abstrahentes res ab ecclesia esse excommunicatos, quod est falsum, ut ex dictis constat, & in oppositum est text. clarus in cap. *fin. supra de furtis*, ubi etiam rapientes sacra vasa non est excommunicatus ipso facto: & ita tenet hic glos. 1. Innoc. in princip. in verb. *Violationem*, & *num. 2.* ubi exponit verbum, *duplicem*, id est ob injectionem manuum ipso iure, & violationem claustrum ab Episcopo latam, Ioann. Andr. *num. 2.* ubi concludit cum glos. contra Hostien. *But. num. 23. ver. Prædicta verba* dicens sacrilegium esse excommunicatum ipso iure ubi Clericus verberatur; Si vero Laicus in ecclesia verberatur, sic verberantem ratione loci non incurrere ipso iure excommunicationem maiorem, Card. in princip. *ver. Item colligitur aliquo*, dicens hoc verius, & numero 1. in fin. 2. ubi exponit, ubi dicit glossam veram, *Anchar. num. 4. ver. sed opponitur*, & *Abb. num. 5.* & hoc tenent.

Itaque hoc veteri iure inspecto nulla censura (nec Sedi Apollitice reservata) statuta erat ipso iure in eos, qui aliquem ab ecclesia extraherent. Ideo Doctores quotquot ante Paulum II. scripserunt, vel qui notitiam non habuerunt constitutionis ab ipso editæ unanimiter tradiderunt, violantes hoc modo immunitatem ecclesie præter incendiarios, & effractoribus non esse ipso iure excommunicatos, sed excommunicandos. Inter quos recentior Goffred. & Hostien. sibi contrarius in *Summ. de immunit. eccles. in fin. Alten. ibidem art. 7. Sylvelt. in verb. immunitas*, 3. in fin. 10. Faber. in l. 2. c. de his, qui ad eccles. confug. *Abb. in cap. pen. in fin. de immunit. eccles.* & alii plures apud Remigium in tractat. *has de re ead. quest. 9.*

Qua etiam ratione qui casus reservatos collegunt, violatione ecclesiasticae immunitatis posuerunt inter casus Episcopales ex consuetudine, ut Sylvelt. in verb. *Casus*, sub *num. 4.* & *Armill. ibid. num. 6.* Habita scilicet ratione veterum canonum, & in specie Constitutionis Benedicti VI. que incipit, *Inter cunctas*, quæ tamen sunt postea revocata, ut inferius dicitur & Caietan. in *Summ. in verb. Excommunicatio*, cap. 31. Scripsit non omnes violatores ecclesiasticae libertatis incidere in censuras reservatas Papæ, sed solum, qui illas violant statutus, vel consuetudine: quod etiam scripsit Nauarr. in *Manuali* cap. 27. *num. 117.* Verum uterque ipsorum loquitur in terminis Bullæ Cænz, quæ revera non afficit nisi violantes immunitatem ecclesie per viam statuti, vel consuetudinis, ut in §. 17. neuter tamen exprimit an in aliis casibus violatio huiusmodi sit reservata per sacros Canones, vel Apolliticas Constitutiones. Episcopus tamen Montis Marani, quem novissime sequutus est Ste-

Stephanus Gratianus *disceptat. forens. tom. 3. cap. 417.* & alii nonnulli ex modernioribus in sua præxi Archiepiscopi, cap. 18. *num. 3.* interpretans hanc ipsam Gregorii XIV. Constitutionem opinatus est absolutionem hoc casu non esse Sedi Apollitice reservatam, sed ad Ordinarium pertinere. Moveretur primò per regulam cap. *Nuper infra eodem ibi*: quia tamen conditor Canonis eius absolutionem ubi specialiter non retinuit eo ipso concessisse videtur facultatem alii relaxandi. Deinde quia in Bulla Cænz non omnes violatores immunitatis ecclesie excommunicantur, sed statuentes dumtaxat, ut in cap. *unic. de his qua vi met. caus. lib. 6.* Ultimo quia Gregorius decrevit violantes immunitatem incidere in censuras, nulla facta mentione reservationis; quæ tamen qualitas, cum requiritur specialiter mentionem per dict. cap. *Nuper*, non includitur in dispositione referentem per text. in cap. *penult. de iureiur.*

17 Quibus tamen non obstantibus verius videtur absolutionem ab his censuris esse reservatam Summo Pontifici ex infra scriptis.

18 Primò per text. ad litteram in cap. *Est Dominicus de penit. & remiss.* in Extravag. com. ubi Paulus II. statuit, ut in quibuscumque concessionibus, & facultatibus absolvendi certi casus tamquam specialiter Sedi Apollitice reservati semper intelligerentur excepti, & inter hoc primo loco enumerat offensam ecclesiasticae libertatis. Quod similiter & Sixtus IV. postea decrevit in Extravagant. ejusdem initii sub eod. tit. ubi sub pena excommunicationis latæ sententiæ prohibet quibuscumque sacerdotibus, ne prætextu cuiusvis facultatis quæquam absolvant a casibus ibi expressis absque speciali eius licentia: & inter hos casus immediate recentior offensam ecclesiasticae libertatis. Cujus quidem Constitutionis meminit Caietan. in *Summ. ver. Excommunicatio* cap. 77. ostendens excommunicationem in casibus ibi expressis esse Papalem.

Quamobrem cum per Constitutionem Gregorii XIV. extrahentes aliquem ab ecclesia incidant in censuras a Constitutionibus Apolliticis promulgatas contra violatores ecclesiasticae immunitatis, quinimo & libertatis, ut inferius dicitur, & per Constitutiones Apolliticas Pauli, & Sixti excommunicatio ob violatam libertatem ecclesie sit Pontifici reservata, aperte sequitur, ut ex Constitutione Gregorii absolutio ad alium non spectet, quam ad Summum Pontificem. Atque ita eliditur primum motivum Episcopi Montis Marani, quod hoc casu absolutio non reperitur expressè reservata: nam contrarium colligitur ex dictis Extravagantibus, quas forte ipse non vidit.

17 Ideoque nec urget secundum illius motivum, quod Gregorius ethi censuras irrogaverit, nullam tamen expressam mentionem fecerit reservationis, ut requirebatur per text. in d. cap. *Nuper*, in fine cap. *penult. de iureiur.* nam respondetur dispositionem d. cap. *pen. esse* specialem in iuramento, quod per relationem ad aliud prællari non potest, tum quia pro forma exigit specialem mentionem, & formalitatem verborum, quemadmodum declarat Anton de Butr. in d. cap. *penult. num. 1.* & *Socin. conf. 99. Sereffimus Rex* num. 56. *ver. Septimò dicitur* lib. 3. In iis autem, quæ sunt formalia, ut in quarentigia, non sufficit relativa dispositio. Cravert. *conf. 688. num. 6.* & *seq.* ita intelligendus est

19 Dec. in cap. *Consultat*, il *secundo*, col. 2. *nam. 10. ver. Prosp. Fagn. in 2. par. 5. lib. Decretal.*

20 Sed tamen non videtur, de appellat. Tum quia prællari debet corporaliter, & requiritur pro forma actum scripturatum c. *Horatius*, 3. q. 9. & tradit glos. in cap. *Præca*, in verb. *Corporat. de elect. lib. 6.* & *Abb. post. Host. in d. cap. penult. num. 20. de iureiur.* forma autem impleri debet in specie, & non per equipollens ut in iuramento est text. in l. *Qui per saltem*, ff. de iureiur. & notat glos. præalleg. & generaliter tradunt Bald. & DD. in l. 1. ff. de liber. & posthum. *Oldr. conf. 304. Infra scripta conclusiones*, in princip. numero 2. *ver. Circa hoc nomenque*, plene Alex. *conf. 212. Ponderatus* in 2. *in princip. lib. 6.* & in his recentis Dec. in d. cap. *Consultat*, 22. n. 11. Ideoque sub dictione, & iuramentum non includitur, secundum Butrium in d. cap. *penult. n. 2.* quod Abb. ibi dicit esse notabile col. *penult.* & sequitur Dec. in cap. *Nam concessa* sententia in 2. *lectur. numero 5. de Constitut. & eodem modo*, si quis se obliget in forma Camerae, quamvis obligatio Cameralis de consuetudine habeat iuramentum; tamen non censetur jurata nisi expresse sit dictum, & ita juravit, *Gallef. de obligat. Camer. tit. de instrum. quest. 2. num. 17. ver. Sed diligenter*, com *seqq.* At reservatio non est huiusmodi, quia licet casus intelligatur alteri concessus, nisi illum Pontifex specialiter toti reservaverit; tamen cum id nullam formalitatem requirat, ut iuramentum, nihil prohibet quominus fieri possit per relationem ad sacros Canones, in quibus reservatus reperitur, ut Gregorius fecit novam enim Constitutionem per relationem ad jus commune esset in ea insertum, & incorporatum, ut ait Angel. *Are. conf. 36. Videtur*, num. 18. & relatum verè & propriè dicitur esse in referente, l. *Asse totus*, ff. de hered. instituen. *Bald. conf. 212. Ea, qua veniunt*, lib. 5. *Dec. conf. 647. Requisitus*, num. 3. *Cravert. conf. 45. Quædam homines*, num. 4.

27 Præterea ut Bald. inquit *conf. 347. in perator*, in princip. *lib. 1.* iuramentum est character, cuius forma, & figura substantia est in anima jurantis; ideò est personale, nec tranfit ad alios. At reservatio etiam successorem sufficit, saltem si fiat per modum legis, seu statuti, ut patet in prædicta Extravag. *Est Dominicus de penit. & remiss.* & in omnibus reservationibus clausis in corpore juris, de quibus per Sylvelt. & Summittas in verb. *Causus*; unde patet non bene in hac materia inferri à iuramento ad reservationem, quæ nec formalitatem verborum, nec actum corporalem requirit, nec personalis est. Et quamvis debeat fieri expressè, tamen paria sunt aliquid nominatim exprimi, vel per relationem, l. *At ibi*, §. 1. & ibi notat Bart. in princip. ff. de re iudic. *Paul. de Castro conf. 91. In causa appellationis*, in fin. *lib. 1. Paris. conf. 122. Clarissimus*, col. 2. n. 3. & *seq. lib. 1.* Quintimo relatum dicitur pars referentis, cap. *Com venerabilis de excess. Prælat.* Alex. *conf. 35. Viso processu*, num. 8. *lib. 4.* quod procedit in materia pœnali secundum Bald. *conf. 13. Magnifico*, lib. 5. *Natr. conf. 204. num. 12. Surd. conf. 288. n. 4.* Atque ita idem fuit statuere, ut violatores immunitatis incidant in censuras Constitutionum Apolliticarum, atque statuere, ut incidant in censuras reservatas, cum censura contra violatores huiusmodi sint Papæ reservatæ per Apolliticas Constitutiones Pauli II. & Sixti IV.

21 Quod eo magis procedit, quia Constitutio Gregorii extrahentibus aliqum ab ecclesia imponit non